

# FLOS MARTYRUM

## IUSTINA BORROMAEA VIRGO, ET MARTYR.

STERILI MATRIS AB ALVO, HOC EST, E GREMIO NOCTIS AURORA  
A MIRACULIS VITAM AUSPICATUR;  
VITALIANA ETENIM SIDERA SIC COELO INITIARI CONSUEVERUNT.  
AD TURRIM REGIA PROPERAT, NON ALIENO, SED AUREO PUDORIS AERARIO  
THESAURUM CASTISSIMAE PIETATIS OBSIGNANS.  
PAUPERTATI SCEPTAUM, IMPERIUM SERVITUTI POSTHABUIT,  
QUIA NOVERAT TERRAM NON REGNUM ESSE, SED PUNCTUM,  
ET SOMNIA REGIBUS ESSE, NON IMPERIA.  
TAM PRODIGA CARNIFICI SANGUINIS, QUAM AVARA TYRANNO PUDORIS,  
NON ALIENO, SED SUO VOLVIT SANGUINE PURPURASCERE;  
HOC ENIM SOLUM COELESTEM DECET AURORAM PALUDAMENTUM.  
DISCE HINC, GIBERTE,  
GENTILIA TUORUM NON FLORIBUS, SED RADIIS SIDERA CORONARI.

*Paulus Cittadinus Acad. Anim.*